





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXII.

Ad Lib. XII. Digest. Tit. I.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO *Lauterbach* /

U. J. D. & Professore,

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem 25. Aug.

proponit

DITHMARUS *Wachman* /
Bremenf.


T U B I N G Æ,

Typis JOHANN. HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXV.

7665/10.

29



Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the name 'ALBERTUS' and other illegible words.

Small decorative mark or symbol at the top of the right edge.

Fragment of text from the adjacent page on the right, including 'up', 'tat', 'no', and 'nr'.

Fragment of text from the adjacent page on the right, including 'ju', 'tu', 'qu', and 'ti'.





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXII.

Ad Libr. XII. Digest. Tit. I.

I.

Pecuniâ vel aliare fungibili, ea lege ab initio mutua datâ, ut eadem in specie reddatur, neque pactum est nullum, (a) neque mutuum rectè censetur contractum: (b) sed negotium mutatur in aliud genus contractum, & quidem in contractum in-nominatum, dicitur des. (c)

a) arg. l. 2, pr. ff. de Reb. credit. Diff. Petr. Loriot in d. tit. rubr. de mutuo. n. 4. & seqq.

b) d. l. 2. pr. ff. de Reb. Cred. Daniel. Moller. 3. Semestr. cap. 1. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 4. n. 15. & seqq. Diff. Hieronym. Butigell. in repetit. d. l. 2. n. 18. & seqq.

c) Diff. Petr. Loriot. d. l. n. 4. & l. 2. pr. ff. de Reb. Cred. n. 15. & seqq.

II.

Frumento ea lege dato, ut accipiens vel tantundem, vel e-jus æstimationem restituat, neque emptionem, (a) neque mu-tuum, (b) sed contractum in nominatum esse credimus. (c) Et quam primum frumentum est datum, causale ejus periculum per-tinet ad accipientem. (d)

a) arg. l. 1. pr. ff. de estimator. non obst. l. 10. §. 4. & 5. l. 15. ff. de jur. dot. vid. l. 5. C. eodem. Petr. Loriot. d. rubr. n. 6.

b) arg. l. 2. pr. & §. 1. ibi in genere suo. l. 3. ff. de R. C. pr. I. de obligat. quib. mod. re contrah. oblig. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 3. n. 26. & 29. Diff. Petr. Lo-riot. d. l.

Y 2

c) arg.

c) arg. l. f. ff. de P. V. Diff. Lorient.

d) arg. l. 11. C. si cert. petat. l. 1. pr. & §. 1. de existimat. l. 10. §. f. ff. de jur. dot. l. 2. §. 3. ff. de eo, quod certo loco. l. 95. pr. & §. 1. ff. de Solut. non obstant. l. 17. §. 1. ff. de Praescript. verb.

I I I.

Frumento mutuo dato, creditori invito non potest reddi pecunia.

arg. l. 2. pr. & §. 1. ff. de Reb. Credit. Dn. Hahn. ad π. Wesenb. tit. de Reb. Credit. n. 12. Diff. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 20. th. 13. lit. a in fin. Petr. Lorient. d. rubr. n. 7.

I V.

Valet mutuum, ut pro vino albo rubrum, pro frumento novo vetus, pro vino novo vetus, & contra, restituatur; modo non incidat in usurariam pravitatem.

Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 3. n. 29. Alciat. ad. l. 3. ff. de Rebus Credit. vid. Petr. Lorient. in d. tit. de R. C. rubr. de mutuo. n. 8. Diff. Dn. Richter. decis. 72. n. 4. & ex parte. Lorient. ad d. l. de R. C. n. 8.

V.

Qui decem dat, ut novem recipiat, tantum in novem habet actionem, & decimus, ipso jure non debetur: Secus si ex intervallo hoc fuerit conventum.

l. 10. §. 1. ff. de Reb. Cred. Lorient. d. l. n. 8.

V I.

Viginti florenis mutuo datis, ut viginti & unus post annum reddantur, non quidem jure civili, hodierno tamen jure integra promissa summa debetur. (a) Decem v. frumenti modis, aut decem vini amphoris datis, ut undecim reddantur, etiam jure civili undecim debentur. (b)

a) l. 10. §. 1. ff. de Reb. Credit. arg. Recess. Imp. de Anno 1654. §. anreichend 168. b) l. 12. l. 23. C. de usur. Lorient. d. rubr. de mutuo. n. 10.

V I I.

Aliena pecuniâ mutua data, convalescit mutuum non tantum

tum si debitor eandem ita dissipaverit, ut nusquam appareat, (a) sed etiam si pecunia illa cum accipientis nummis ita commixta fuerit, ut discerni & ab hisce separari non possit; (b) minime verò si casu perierit. (c)

a) l. 11. §. fin. l. 13. pr. & §. 1. ff. de Reb. Credit. l. 15. ff. de reb. dubiis. Christin. vol. 3. decis. 5. n. 1. Bachov. ad Trentler. vol. 1. dissp. 20. th. 6. verb. mutuum convalescere vid. Lorient. d. rubr. de mutuo. n. 24. Cujac. lib. 13. cap. 28.

b) l. 78. ff. de solut. Petr. Lorient. d. rubr. n. 25. & ad l. 2. §. appellata. ff. de Reb. Credit. n. 6. & 7. vid. eundem ad l. 15. d. t. n. 7. & seqq.

c) arg. l. 11. ff. de Reb. Credit. arg. l. 9. C. de pign. action. Petr. Lorient. d. rubr. n. 25. & ad l. 2. §. appellata ff. de reb. Cred. n. 7. & 8. Diss. Mantic.

de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 5. n. 4. in fin. Besold. in tract. de mutuo cap. 7. num. 3. ibi: eos hic dicimus nummos consumptos, qui domino sunt consumpti, seu eidem perierunt.

V I I I.

Frumento vel vino mutuo dato, neque vetus pro novo, neque novum pro vetere, invito creditori, si ejus inter est, solvi potest.

arg. l. 3. ff. de Reb. Credit. Diss. Lorient. ad d. l. 3. d. t.

I X.

Civitas, quæ ipsa communi civium consensu, vel per Concilium, quæ totam Civitatem repræsentat, proprio nomine mutuum accepit pecuniam, efficaciter obligatur; etiam si pecunia in ejus utilitatem versa non probetur.

arg. cap. pen. X. de fidejuss. l. 15. ff. ad SC. Macedon. l. 16. de V. S. post Bartol. Bald. Alex. Jason. Hartm. Pistor. & alios Dd. Carpzov. part. 2. const. 6. def. 18. n. 10. & seqq. & lib. 2. Respons. 106. n. 1. & seq. Richter. decis. 71. n. 1. & seqq. Knipschilt, de jurib. Civitat. Imper. lib. 5. cap. 6. n. 4. & seqq. Losæ. d. Universit. part. 3. c. 4. n. 8. & seqq. Diss. Manz. decis. 1. n. 18. ubi generaliter scribit, civitatem

Y 3

mutui

mutui datione obligari non posse, si in utilitatem ejus pecunia versa non sunt.

X.

Atque prædicto in casu Civitas est & manet efficaciter obligata, licet pecuniam acceptam statim Principi suo vel aliis iterum mutuam dederit.

arg. l. 13. l. 15. C. si cert. petat. l. 13. C. de Oblig. & Action. junct. l. 15. ff. ad SCt. Maced. l. 16. de V. S. Besold. lib. 1. Polit. cap. 13. th. 65.

X I.

Neque audienda est Civitas, prædicto in casu, actionem contra Principem vel alios, quibus pecuniam illam credidit, sibi competentem, si invito creditori cedere velit.

arg. l. 16. C. de solut.

X I I.

Cæterum si civitas quidem ipsa, verum non suo, sed alieno, v. g. Principis nomine accipit pecuniam mutuam, non civitas, sed solus Princeps obligatur.

l. 6. §. 1. de negot. gestis Manz. d. decis. 1. n. 9. & seqq. sibi tamen contrarius seq. n. 34. Dn. I. O. Tabor. in disput. ad Wesemb. π. 11. q. 3. Bachov. tr. de Action. disp. 8. pag. 120. Marchisell. quest. 57.

X I I I.

Quando non ipsa Civitas, sed ejus administratores simplices mutuam accipiunt pecuniam, & eandem civitatis nomine principi iterum dant mutuam, pecunia illa recte dicitur in civitatis utilitatem versa, & per consequens ipsa exinde ipso jure obligata: (a) quamvis actionem cedendo sese liberare possit. (b)

a) *arg. l. 9. §. 8. ff. de Reb. Credit. junct. l. 3. §. 5. ff. de in rem vers. l. 27. de Rebus Cred.*

b) *d. l. §. 5. ff. de in rem verso arg. l. 51. ff. de pecul. Manz. decis. 1. n. 31. ubi addit, utilem actionem ex hujusmodi cessione competere, sed nos ipsam directam actionem cessam cessionario competere existimamus. arg. l. 18. C. de Legat :*

X I V.

Quicumque sciens mutuam dat pecuniam adolescenti pecuniam perditu-

am perdituro, eandem repetere nequit; (a) nisi adolescens eam habeat salvam: (b) quod secus est in majore; (c) nisi hinc in certum turpem usum à sciente mutuum acceperit. (d)

a) l. 12. §. 11. ff. mandat. l. 24. §. 4. ff. de minor. Salicet. ad d. l. 12. §. 11. mandat. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 3. n. 35.

b) Bachov. in Comm. ad. 1. part. Pandect. tit. de minor. cap. 13. n. 3. pag. 1119. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. c. 6. n. 10.

c) arg. l. 24. §. 4. ff. de minor. l. 12. §. 11. mandat. ibi Salicet. Barthol. ad l. 8. ff. per emptore, n. 1. Mantic. d. tit. 6. n. 11.

d) arg. l. 8. ff. pro emptore: ibi Bartol. Mantic. d. tit. 6. n. 11.

X V.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ etiam inter mercatores locū habet.

arg. l. 14. C. de non numer. pecun. Strach. de Mercat. tit. quomodo in caus. mercat. proced. §. de Exception. n. 9. Rota Genuens. decis. 26. n. 3. Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 20. th. 2. lit. c. in fin. Richter. decis. 21. n. 24. * * Christinæ vol. 3. decis. 37. n. 16. Joh. Marquard. de jur. Mercator. lib. 3. c. 8. n. 15. & seqq. Rut. Rulant. in singul. Consil. de assēcur n. 156. Diff. Carpz. part. 1. const. 32. def. 69. & 70. Berlich. part. 2. decis. 204.

X V I.

Secundum juris civilis dispositionem, ille qui literas cambii dedit, & in illis, sese pecuniam accepisse, confessus est, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non prohibetur; etiam si literæ illæ transmissæ & ab alio acceptatæ fuerint.

arg. l. 14. C. de non numerat. pecun. vid. Richter. 1. dec. 21. n. 24. junct. l. 1. l. 12. l. f. C. de non numer. pecun.

X V I I.

Competit autem prædicto in casu, dicta querela non numeratæ pecuniæ non tantum intra 30. dies, sed intra biennium.

arg. d. l. 14. C. de non numer. pecun.

X V I I I.

Competit etiam acceptanti, ex persona ejus, qui dedit cambium

bium (a) Secus de consuetudine multorum locorum. (b)
 a) *arg. l. 1. l. 12. C. de numer. pecun. vid. Brunnem. ad l. 6. C. d. t.*
 b) *I. M. Bogt. in tr. de Cambiis th. 7. lit. e. p. 117. & seqq.*
Klock de Arario lib. 2. c. 22. n. 29. Joh. Marquard, tract.
de jur. Mercator. 3. c. 11. n. 55.

X X.

Cæterum si in literis cambii nulla continetur accepti confessio, sed cambium dans in illo simpliciter Titio mandat, ut cambium præsentanti certam summam solvat, tunc nec jure civili exceptio non numeratæ pecuniæ à cambium dante vel acceptante opponi potest.

arg. l. 5. & l. 13. C. de non numer. pecun.

X X.


Præterea, si quis spe futuræ numerationis literas cambii dederit, easque ille, ad quem transmissæ, acceptaverit, & pecuniam solverit, ille, qui literas illas dedit, solventi & pecuniam repetenti hanc exceptionem opponere nequit.

l. 29. pr. ff. mandati vid. Raphaet de Turry. de cambiis, disp. 2. q. 15. n. 76. & seqq.

X 2615924

7V 9A





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ml

Tit. I.

7665/10.

29

Lauterbach/

e,
ni,

oman/

REISI,

